Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

clamore magno et commotus ait. Benedic etiam
et mihi pater meus. Qui ait. Venit germanus tuus
fraudulenter: et accepit benedictionem tuam. At ille
respondit. Iuste vocatum est nomen eius iacob: supplantavit
enim me en altera vice: primogenita mea iam ante tu
lit: et nunc secunda surripuit benedictionem meam. Rursu
sumque ad patrem. numquid non reservasti mihi et mi
benedictionem? Respondit ysaac. Dominum tuum illum con
stitui: et omnes fratres eius servos illi subiugavi. frumento
et vino stabilivi eum: et post hec quid faciam tibi fili
mi quod facias? Cui esau ait. Numquid unam
tantum benedictionem habes pater. Mihi quoque
obsecro ut benedicas. Cumque eiulatu magno fle
visset ysaac dixit ad eum. In pinguedine terre et in
rore celi de sup erit benedictio tua. Ve

Bonum est con
fiteri domino et psallere nomini tuo altissime. ad annuntiandum
mane misericordiam tuam et veritatem tuam per noctem. Secundum Lucam.

In illo. Dixit dominus ihesus discipulis suis parabolam hanc
Homo quidam habuit duos filios: et dixit adolescentior ex illis patri. Da mihi portionem sub
stancie que me contingit. Et dividit illis substan
tiam. Et non post multos dies congregatis omni
bus adolescentior filius peregre profectus est in
regionem longinquam et ibi dissipavit substantiam
suam vivendo luxuriose. Et postquam omnia con
sumasset: facta est fames valida in regione illa
et ipse cepit egere: Et abiit et adhesit vni ciuium
regionis illius: et misit illum in villam suam
ut pasceret porcos. Et cupiebat implere venterem
suum de siliquis quas porci manducabant et

nemo illi dabat. In le aut